

DE LEGIBVS  
erit causa litis, querimonia aut belli, sed  
omnes tanquam in aureo seculo pace  
fruentur ex æquo, cumq; illud sit iustitiae,  
quæ legibus propugnatur, hinc constat  
per leges pacem, qua nihil præstantius  
aut utilius est humano generi, foueri,  
Themin'coli, Eryn excludi, & vberrimū  
copiæ cornu ministrari: Vnde non sine  
causa singunt Poetæ, Themin cœli & ter-  
ræ filiam, Saturni sororem, Iouis amitam,  
magnam laudem & summos honores  
propter iustitiae singularem administra-  
tionem meruisse: Äquitatem enim ser-  
uandā præcepit inter mortales, quæ gra-  
tæ Diis essent virtutes & ad vinculum so-  
cietatis humanæ conseruādum maxime  
accommodatae: Propterea ex æquo & re-  
sto viuendum, à violentia, iniuriis & ra-  
pto abstinendum, vnumquemq; sua sorte  
contentum esse debere inculcabat: Id  
tantum à Diis petendum (vt notat Fe-  
stus) quod fas esset & honestum, petitio-  
nem alioquin iure reiiciendam. Præterea  
dicebat, Deum illum summum desuper  
in terras intueri quæcunque ab homini-  
bus gererentur, siue bene siue male, & se-  
cun-